et forti audacia resistere temptacionibus / Letantes et fortiter trans temporalia ad eterna erumpere / Amore in dilectione dei et proximi continue et semper / Nullius bona omnino concupiscere sine [illegible] / Ordinare et convertere omnia in melius bona et mala / Penitenciam venientem a deo vel creaturis prompta suscipere || (4v) Vitare (!) omnes qui te lascivint seu offenderint / Retinere veram mundiciam corporis et animi / Servare mansuetudinem in omnibus utilem et bonam / Tenere fidem et veritatem libere ad omnes homines / Ultra modum et mensuram superflua deponere / Ipsius vitam atque doctrinam omni tempore cogitare / Ymnis et oracionibus beatam virginem laudare et invocare / Vt lectionem hanc bene discere valeas / Zelare in natura parem servare et inter omnia que deus voluerit permittere super te et egerit tecum. Amen.